



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 58. Aliæ turbæ a Calvinianis Helvetis suscitatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

implerentur. Ergo Deputati Curiæ <sup>Sæc. XVIII.</sup> adhuc congregati ad omnes Comita- <sup>A.C. 1726.</sup> tuum Rectores die 26. Februarii per- scribunt, ut cunctis Calvinistis sibi sub- jectis significant, quatenus vi Capi- tularis una omnes intra trimestre e præ- fatis Comitatibus excederent, indicta in refractarios proscriptionis bonorum poena: Vicissim vero Legatus sequenti die omnia, quæ a Cæsare promissa erant, exacte adimplevit. Ita demum omnes Calvinistæ e Valle Telina pri- mum ejecti sunt, operam suam egregie jungente Episcopo Comensi, ad cuius Diæcesin hi tres Comitatus pertinent.

### §. LVIII.

#### *Aliæ turbæ a Calvinianis Helvetis fuscitatae.*

Adhucdum horum Comitatum De- putati Curiæ Conventus habebant, cum hujus Urbis Episcopus ad eosdem literas mitteret, in quibus exponebat, quod ipse quidem unacum Nuntio Apo- stolico Ecclesiam, Ttunsii in Comitatu Orthensteinensi sitam, & solis Catholicis propriam repetiisset, eoquod illam Calvinistæ vi eis eripuissent: Hi vero tam æquæ petitioni adeo non detule- rint, ut etiam novis indies violentiis Catholicos vexarent; ac novissime in ea-

Sæc. XVIII  
A.C. 1726

eadem Ecclesia Aram & Christi Domini ac B. Virginis aliorumque Sanctorum imagines confregerint, sacras vestes & vasa profanarint, Cruces in cæmeterio erectas everterint; ac demum totam Ecclesiam sibi solis vendicarint. Sacrilegas igitur ejusmodi violentias publicæ quieti adeo contrarias Episcopus promeritis pœnis castigari, & damnna resarciri postulabat, addens, a tempore hominum memoriam excedente nullum ex Calvinistis Trunsii fuisse toleratum, & Anno 1670. vi pacis inter hos & Catholicos initæ in Tumiliensis Parochiæ districtu omne jus Ecclesiasticum quoad exequias Calvinistis ademptum, & Prædicantibus quemvis accessum ad cæmeteria, & Baptismi, ac matrimonii administrationem interdictam fuisse &c. Ad has querelas reponabant Calvinistarum Deputati, hæc ab Episcopo exposita sibi potissimum partem esse incognita, se tamen petere Viros a partium studio alienos, qui in facti veritatem inquirerent, de cetero Catholicos Trunsenses tunc in hæc consensisse, dum ipsis præfatæ Ecclesiæ possessio hucusque controversa Anno 1715. fuisse asserta: Tam frivola excusatione haud contenti erant Catholici; quocirca speciali Conventu apud Augiam divitem habito conclusere,

se

se non modo Capitulationi Mediola- Sæc.XVIII.  
nensi firmiter inhæsuros, sed postula- A.C. 1726.  
turos quoque, ut commune ærarium  
æqua parte divideretur, & præ ceteris  
Trunsensis Ecclesia Catholicis pleno  
jure restitueretur. Tandem vero Ca-  
tholici in Dævosensi Conventu Anno  
1725. proponebant, ut Calvinistis qui-  
dem ad hanc Ecclesiam accessus indul-  
geretur, nullus tamen Pastor Trunsii  
habitaret, sed ad sectæ suæ exercitia  
vicinior accederet, vicissim vero Ca-  
tholicus Pastor, cuius Zelum Acatho-  
lici maxime accusabant, cum alio com-  
mutaretur. Hujus tamen litis decisio  
popularibus comitiis relecta fuit.

### §. LIX.

#### *Joannis Baptiste Ptolomæi Cardi- nalis obitus.*

Ineunte hoc anno Joannes Baptista  
Ptolomæus postremum vitæ suæ  
diem clausit. Hic die tertia Decem-  
bris Anno 1653. in Gamberaiæ Floren-  
tini Ducatus oppido primam lucem a-  
spexit. Pater ei fuit Jacobus Magnæ  
Ducissæ Auditor, Mater vero Maria  
de Pauliccanis: Ab incunabulis pietat-  
em, sciendique ardorem spirabat,  
neglectis enim, quibus puerilis ætas  
delectari folet, crepundiis in privata  
pa-